

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

137.
148

CARMINA GRATULATORIA

NUPTIIS

Ornatissimi atque humanissimi
juvenis, DN.

IOHANNIS RICHTERI,
REVERENDI ET DOCTISSIMI

viri, DN. JOHANNIS RICHTERI
pastoris Bernburgensis olim vigilan-
tissimi, p. m. filii, &c.

CVM

Lectissima virgine

MARIA, AMPLISSIMI ET PRU-
dentissimi viri, d. DAVIDIS LONNII,

Judicis olim Servestani dignissimi,
p. m. relicta filia, &c. matrimo-
nium contrahentis

a. d. 6. Maii, Anno M. DC. XVI.

ab

amicis & favoribus consecrata.

Typis Zachariæ Dörfferi,
ANNO M. DC. XVI.

GRATULATIO

JOHANNIS RICHTERI
DOCTISSIMI

VIRI DOCTISSIMI RICHTERI
FIDELIUM PUPILORUM

MARIA AMELISSIMI ET PRU
DENTISSIMI DATIUS

Typis Nacheis Doffen
ANNO MDCXVI





Κάντα Ὀπισμύως πρᾶτῃ θεός, ἠδὲ κυβερνᾷ
Ὀπίκτως θνητῶν ἔρανίων τε γῆ. ⲛⲟⲩ
τάσφ' ἅπαν' ἀδεῶς τε ἀμωμήτως τε, ἔδδεις
αἰθράπτων δύνα' ἔργα θεοῖο ψέγειν.

Ἰένεκ' ἵνα προπετῶς μὴ γηγενέες παρῆσι,
ἀλλ' ὅτρει ὀρμώντες ἔ πάνυ αἰχρᾷ λέχη
παμμεδέων ἐφέλησε θεός βελῆ παναρίσῳ
ἄνδρ' ἓνα αἰ' μιᾶς ἐμύλαι ἄνδρα γυνῆς.
ἀλλὰ λῖς ἂν ταύτην θεῶ ἀϊδίοιο πρῶνοϊαν,
τὴν τε ἐπαινήσει τὴν σοφίην ἱκανῶς;
τόσ' ἐνὶ συζυγίᾳ ὅλι' ἀμμιν δῶρα ἔδωκε,
ἔ ὅλι' τόσα ὁμῶς ἐδδλα ὅπασε γάμω.
εἰ μὴ γδ Ἰάτω τῷ δεσμῷ συχεθῆ ὀρμη
καὶ πάθη ἀκρομανῆ ἀνδρῶμοιο γένος
ὡς ἄλογον τ' θρέμα βίον διάγοιεν ἅπαντες,
καὶ πρὸς ἕκαστα κακῶν εἶδη ἀγοινοῖτο βροτοῖ.
Δερκόμυροι γδ ἄνδρα νέον ζεύγνυαζ ἄωρα
αἰνώμην μεγάλην ταῦτα τῶ ἔργα θεῶ.
ἔδδ κατ' ἀμμι δοκῶν οἰόμεθα ταῦτα γνέαζ,
μὴ δ' ἀπὸ ταυτομάτῃ, αὐτὰρ ἔκηλῃ θεῶ.
ὡς γδ ἅπαντ' αὐτῷ μέλῃ, ὡς κ' ἅπαν' ἐπανορθοῖ.
ὄφρα ὀπιχθονίοις ὡς ἰν' ἀφυκτα βροτοῖς.
ἔτω χ' ἡμετέρας βελᾶς ἰθύνε' αἰέν
βελῆ χερσοτέρη σφῆν κ' εὐδοκίαν.
Μάρτυς ἐμοὶ Ἰάτῃ πέλη, ὦ φίλε νυμφίε, πείρα
ὅτ' ἔμαθες τούτῃ καὶ εὐ ἀληθοῦν ἔννην.
πρῖν γδ ἰδεῖν πολλῶν ἀνθρώπων ἄστα, ἔ νῆν,
καὶ πολεμιζέμεναι σείο φρέν' εἶχεν ἔρωσ.
ἀλλὰ μάτην. ἔ γδ τὸ δ' ἐπαερανίω ἄδε πατρὶ,
ἔμβαλε γδ ἄλλον σείο ἔρωτα φρενί,
ἠδὲ σοὶ ἠγε νέω Μαρίαν τὴν καλλιπάρηον,
ἔσαν ὀπι' ἀσπιδῆ καὶ δρετῆ δόκιμον.

ἢ γ' εἰδῶα τρέπον χρησόν τε, Ἐῖθεα κεδνά,
σοὶ ἔσε' ἵπιση εἰς τὸν ἅπαντα βίον.
οἰκονομὸς Ἰ ἀγαθὴ σῶσι δόμον, ἠδὲ φυλάξει
ἔσομλῆ κόσμου τῆ δ' ἄρετῆ μεγάρα.
τῶ ἵ Φίλος ὀργῶ τὰ μεγάρα τέκνα γονῆ
τέξεται, οἷς τέρεσιν πλείστη ἔνεσι χάρις.
ταύτην συμβαίνειν σοι, φίλτατε νυμφίε, νύμφην
συγαίρω, χ' ἔταχ' εὐχομαὶ ἐκ κραδίης.
ΧΡΙΣΤΕ θεὸς, μερέπων λαοσόε, δῶτερ ἑάων,
ριχθῆρω Μαρίαν σῶζε, γυναικὶ πόσιν.
καὶ δὸς παιδοτόκεν λέχου, ἠδὲ ὁμόφρονα θυμόν,
Ἐδάλιχον ζωῆς μακροβίοιο χρόνον.
εἰσόκεν ὑσαλίη δυνάμει δόμον αἰθέρα εἶσω
ἀμφοῖν δώσῃ μοῖρα σὺν ἀθανάτοις!

ἑυνοίας ἢ Φιλοφιλίας ἕνεκα
gratulabatur

Abrahamus Ulricus Servest.

ALIUD.

DUm quoque Bernburgum præstanti corpore
nymphas
Dat, Servestanam cur tibi jungit amor?
An non (patriæ amor cuivis præfertur amori)
Posset ibi in thalamos dignior ire tuos?
Scilicet haud illic tibi amica negata fuisset
Divitiis præstans & pietate pari.
De quovis vulgus sic sentit inane, puellâ
Qui non conjugium cum propiore subit.

Dulcia

Dulcia dum vano fieri connubia casu,
Et sponsam dubia sorte venire putat.
Quid fortuna valet? quid fors? hæc numine
Divum

Procedunt, fato jungitur omnis amor.
Sponsa pudica Dei donum est, datur atq; timenti
Summum, Scriptura est testis ut ipsa, Deum.
Ipsemet, immensum postquã fabricaverat orbem,
Divina thalami voce capistra beat.
Hunc quoque præclaro decoravit munere CHRI-
STUS,

Virtutis primum cum documenta dabat.
Ergo, quis dubitet? solus duo pectora jungit,
Et facit ut stabili sint in amore, Deus.
Sic non sorte tibi, Jane ornatisime, sponsa
Verum sic fato constituenta, venit.
Hanc nunc, sponse, colis præ cunctis ritè puellis,
Ceu te præ reliquis deperit ipsa viris.
Nil valet invidia, procul absit opinio vulgi,
Qui sapit, in placito gaudeat ille sinu.

*honoris & amoris ergo
scribebat*

Jacobus Schufanus Servest.
LL. studiosus.

A 1

ALL

ALIUD.

Ανευ δάμαρτος μὴ (κτ' τὸν νόμον
 ἐν βιβλίοις) ζῶη ἀνὴρ, ἅμα
 ἀκοίτης αὐτῆς, καὶ ὁ ἀνὴρ
 δῶμα ἐν, ἐν τῆ λέχῳ ναίωσι.
 Θεὸς δὲ ἀπμαζέμματα ἐν τολῆν
 ὅς τολμᾷ, ἔκ σωφροσύνης ἔχῃ
 δῶρον θεοπνεύσσιο, αὐτὸν
 εἰς θεὸν ἀμπλακίας ὀρέζει.
 Ἄνοιο πολλᾷ γένεκεν ἄξιον
 Ριχτῆρε βέλτις' εἶ, χρονιώτερον
 νῦν ὅτι ἔμέλλεις κενόισιν
 ἐν λεχέεσσι μόνον καθεύδειν.
 δάμαρτα αὐτὰρ πρὸς σὸν ἄγης δόμον,
 κεδνὸν τῆ πάρθνον, ἔδρεγας καλὰς
 ἔχοντα, ἀσπρᾷ νόμοιο
 αἰδίσιο θεοῖς μνήμων.
 Σφῶϊν καὶ αὐτὸς πάντα τὰ εὐτυχῆ
 δῶσθι, ἀπάντων εὐτυχέων δοτῆρ,
 ρῶσιν, χρονίζουσάν τῆ ζῶην,
 χεῖματα, τέκνα, πόλον. Γένοιτο!

UT discescit hyems tandem glacialis, Et aestas
 Formosis radiis conspicienda venit,
 Sylvaefrondescunt, Et parturit arbor, amœna
 Omnia letantur quod revirescit humus:
 En festâ juvenes spaciantur ab urbe soluti,
 Se recreaturi vere recente, die.
 Colloquioq; terunt vario tempus, sed honesto,
 Miscentes lepidis seria saepe jocis.

accidit

Accidit at die ut atq; loco spaciatur iisdem
Fortè sagittifero cum puero alma Venus.
Protinus à longè juvenum Venus alma cateruam
Non remorante videns accelerare pede,
Inquit; iò fili nos heic celabimus ambo,
Huc video juvenes adproperare viros.
Turgida corda gerunt loris se posse solutis
Vivere, vim nec n. cognitam amoris habent.
Nos cum prætereunt, imis sentire medullis
Fac patulos arcus corda superba statim.
Amplius utantur ne libertate superbâ
Nerve tuo renuant subdere colla jugo.
Adripit ecce suum nunquam fallentia nervum
Telapharetratus matre monente puer.
Mittit & in medium juvenum sua tela virorum,
Spe ledendi aliquot corda tenella simul.
Diffugiunt omnes sonitu strepitante sagittæ,
Teq; fefellisset spes tua pæne puer.
Unus iners nisi præ reliquis fugiendo fuisset,
Dum pede molitur post remorante fugam.
Hic Richterus erat, quem tela Cupidinis unum
Inficiunt salvo quoq; abeunte feri.
Hic Richterus erat, reliquis fugientibus unus
Qui fugere haut poterat tela cupido tua.

Princi-

Principio quidem, eum cum nondū tangeret ignis
Verus, se captum nescit amore miser.
Flāma sed hęc sensim dum errat dilapsa per artus
Corporis integri, cor quoq; tangit amor.
Incipit hīc primū flammās sentire medullis,
Quid possit videt hīc imperiosus amor.
Uror id, insanus clamat, tactusq; per urbem
Bacchatur miris ipse cupidinibus.
Ulla nec admittit sociū solamina, at omnes
Infirmo ut taceant admonet ore miser.
Grata nova haud lux est, haud noctis sidera grata,
Omnia tristitiæ tempora felle madent.
Quis ferat heu misero mihi, quis medicamē amorī
Inquit, quis tantis ignibus addat aquam?
Quis siccet misero mihi vulnera facta, dolores
Tollere qui tantos, vivit ubi ille, queat?
Sola Maria potes flammās avertere tantas,
Tanti tu causas sola Maria mali.
Hei propera, properando meo medicamen amorī
Adfer, opem egroto fer mea amica mihi.
Eheu me miserum! nunc prima licentia, nunc es
Prima ubi libertas? servitium subii?
Servitium subii durum, durumq; capistrum,
(Heu!) mihi quod nullā parte cavere licet.

Sed

*Sed quid? nonne potens Samson, sanctissimus ille
Nonne David ceco captus amore fuit?
Nonne fuit quoque amore potens sic victus Achilles,
Ferret ut Argolici vulnera acerba gregis?
Quid de Alcide feram forti, quem ducere filium
Veste puellari & nere coegit amor?
Ergo viros si tam sanctos, armisque celebres
Huicce minus puduit subdere colla iugo:
Quid mirum est igitur, si Heroas post quoque
tantos
De me tam infirma mente triumphet amor?*

honoris ergo scriptum
à

Joachimo Flemingo Anbaldino, libera-
lium artium studio.

ALIUD.

Ad ornatissimum Dominum

SPONSUM.

F Rigore nunc tandem Bromius desæviit acri,
Et redit optato tempore Veris honos.
Omnia nunc aliâ facie mutantur ubique,
Seu prata aspicias, omnia sive loca.
Cunctaque nativum capiunt hinc inde calorem,
Frigore quæ sævo pressa fuere diu.

B

Tu quo-

Tu quoq; Sponse cales, alio tamen, ecce, calore
Quàm qui, ceu dixi, hoc tempore cuncta fover.
Namq; Cupidineâ percussus, amice, sagittâ
Intus amorifero totus ab igne cales.
Totus ab igne ardes, quem ni gelida unda restin-
guat,
Aut etiam medici provida cura boni,
Quin pereas, nullus dubito; res namq; periclis,
Ut verum fatear, non caret illa suis.
Sed præstò est Medicus, quem si tractabis amice,
Extinguet flammâs leniter ille tuas.
Addubitas? En, ecce, cupita, petita Maria
Nunc fit, dante Deo, Sponse, tuus Medicus.
Leniet illa tuas curas, extinguet & illa
Flammâs, si licito pectus ab igne calet.
Rebus in adversis aderit simul, atq; secundis,
In cunctisq; tibi dulce levamen erit.
Det Deus omnipotens ut secula Sponsa Sibyllæ
Vivat, Nestoreos Sponsus agatq; dies!

*Moris & honoris ergo
scribebat*

Conradus Gerholdus junior,
Philosophiæ studiosus.

ALI.

ALIUD
AD EUNDEM
Dn. JOHANNEM RICHTERUM
SPONSUM.

VIR sanè est felix, omniq³ ex parte beatus,
Qui sibi conjungit federe legitimo
Sponsam, quæ pietate viget, veròq³ pudore
Ornata est, quis non carmine letus ovet?
Sat decorata venit tua Sponsa, ò optime Sponse,
Cultrix virtutum, sat decorata venit.
Qui sapit, haud querit gazas, sed pectus honestū,
Pectus quod prestat divitiis levibus.
Divitie possunt hominum sudore parari,
Soliis at donum est Sponsa pudica Dei.
Talibus ecce bonis tua prædita, Sponse, Maria
Jam venit, hinc meritò est hæc tibi leta dies.
Hanc Richtere tuã solam, hanc agnosce Mariam,
Quæ tibi divino munere sponsa venit.
Hæc tibi primitias intacti sponte pudoris
Offert, hæc gaudet te vocitare marem.
Prosequor ergo tuas gratanti pectore tædas
Carmine, quod calamo parca Minerva meo

Dictat, Et ex animo precor, ut felicia cedant
Omnia, cepisti quae pie sponse, tibi.
Det sacra conjugii qui vincula prima sacrauit,
Floreat ut vestro paxq₃ fidesq₃ toro.
Omnia det cedant incommoda, cedat iniqua
Spinturnix, cedat luctificusq₃ dolor.

Ex singulari amore & honore
scribebat

Bartholomeus Lehmannus Anhalt.
S. Theologiae studiosus.

F I N I S.



№ 1996.

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17


M

DX



B.I.G.

Farbkarte #13



TULATORIA

TIIS
e humanissimi
DN.

RICHTERI,
DOCTISSIMI

IS RICHTERI
sis olim vigilan-
filii, &c.

virgine

SIMI ET PRU-
VIDIS LONNII,

stani dignissimi,
&c. matrimo-
rahentis

M. DC. XVI.

bus consecrata.

æ Dörfferi,
DC. XVI.

137.
148

